Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

hic
conuenerat / degentibus adhuc canonicis honorifice
tumulatus valde ut decebat sepultus est. Huius sancti viri Cholo
mani socius fuit beatus Gothalmus qui hic in crip
De isto sancto Gothalmo habebitur infra folio. ta in latere altaris beate dei genitricis marie in sarcofago
marmoreo sepultus est. Qui et ipse pluribus mira
bohemorum
culis claruit. specialiter cum quendam regem vngarorum
qui temeritate sua ausus fuit aperire ipsum sarcofagum
Nam statim cecitate percussus / vix tandem multis precibus
penitenciam de sua presumptione agens / per eundem dominum famu
lum meruit illuminari. Prefatus autem marchio haint
durauit per annos circiter xl usque ad tempora petri regis
in regno vngarorum / qui sancto regi stephano successerat. Istius
petri precibus et minis conuentus poppo treuerorum
archiepiscopus frater marchionis / obtinuit a fratre suo
ut mitteret in vngariam corpus sancti cholomanni. Sed
cum ex hoc terra vngarie pestilencias et famem ac va
rias alias plagas pateretur compulsi sunt reddere
corpus sancti viri Cholomanni. Eodem anno sepe nomina
tus marchio hainricus / anno domini Mo xxxij ix kalendas
Iulij decedens / filium reliquit Adalbertum. Cuius in
dustria dominice crucis porcio non minima que ac
tenus hic habetur et ab omnibus veneratur et adoratur
ad locum istum delata est. Que etiam multis signis et
miraculis approbata ipsum locum Medlicense insig
niuit gloriose. De hac sancta porcione sancte crucis nostri mo
nasterij Mellicensis qualiter deus noster omnipotens ipsam ho
norauit et glorificauit habebitur infra folio 106.
96 et